



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

46 Papa omnia potest, & nulla indiget adjectione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

num. 5, de reser. & Rota decis. 1, de prob. in antiquior.

- 42 Aut devolvuntur ꝑ prædia feudalia, vel emphyteutica, seu aliqua pars castri, vel jurisdictionis, quæ non videntur expressè prohibita per dictas Constitutiones Pii V. & Innocent. IX. & tunc servanda est dispositio extravag. *Ambitiosa*, de reb. Eccl. non alien. & eo casu si Prælati consanguineos, aut alias personas sibi bene vitas pro eodem canone, seu etiam cum aliquo augmento ejusdem canonis, vel servitutis Episcopo præstandæ, vult investire, non tenet investitura, nisi tunc fiat, cum Ecclesiam evidenti utilitate, ita quòd, si Ecclesia tempore devolutionis percipere potuisset centum ducatos annuos, dentur centum, & ultra, non autem, si à defuncto ultimo investito percipiebat ducatum u-
 43 duo ducati, quia illa dictio, ꝑ tunc, extremitatem temporis significat, l. 3, §. 1. juncta gloss. in ver. tunc, & ibi Bart. ff. de cond. & demonstr. Paris. conf. 26, num. 9, 47 volum. 2, cum aliis supra nam. 3, allegatis. Et nisi constet de evidenti utilitate Ecclesie, habito respectu ad tempus infeudationis, infeudatio omninò nullius redditur roboris, vel momenti, ut in eadem extravag. *Ambitiosa*, §. si quis autem.
- 44 Et contrafacientes tam ꝑ qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona recipit, sententiam excommunicationis incurrunt, ut ibi versic. & tam qui alienat, & Conc. Trident. cap. 11, sess. 22, de reformat. ac præterea infeudatio devolvi-
 48 tur ad Papam, arg. tex. in extravag. Pii V. in Bull. cap. 58, ubi conferentes

beneficia ꝑ per resignationem vacantibus consanguineis, affinis, & familiaribus resignantibus, tam collatores, quàm provisi in eo, in quo delinquant, puniuntur, quia à jure conferendi suspensionis penam incurrunt, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & taliter provisi titulo carent. Et cum semel, & nulliter infeudaverint, sunt eorum officio functi, & jus infeudandi devolvitur ad Sedem Apostolicam, quæ castra solet Cameræ, & Sedi Apostolicæ incorporare, & jurisdictiones cum aliis confortibus indivisas, & prædia feudalia aliis consuevit infeudare, ut de feudo Tegliolarum, Rovati, & Maretii, aliorumque locorum. Papien. & Astens. diocesi. tempore Papæ Gregorii XIII. & etiam postea factum fuit, & facere potest, cum Papa in his ꝑ omnia possit, & habet plenitudinem potestatis, ita quòd nulla indigeat adjectione, cap. si omnia, §. quest. 1, cap. bene quidem. 26, dist. & Bullat. conf. 124, num. 63, lib. 8.

Propterea, ut in indemnitati ꝑ Ecclesie consulatur, alienationes omnes, quæ auctoritate Apostolica ex causa permutationis, vel in emphyteusim admittuntur, Ordinariis locorum, & uni ex dignitatibus in cathedrali Ecclesia constitutis, qui, vocatis vocandis, conjunctim procedere debeant, committuntur; ita ut constituto, quòd in Ecclesie evidentem utilitatem alienatio cedat, eorum conscientiam ad formam dictæ extravag. *Ambitiosa*, onerando illam auctoritate Apostolica confirmet.

48 Dicta clausula, ꝑ vocatis vocandis, facit executorem missum, qui, parte vocata, & servatis servandis, procedere debet.

Felin.